

ΠΡΟΑΥΛΙΟΝ.



Artinum V. Pontificem Maximum, à Florentinis sequenti maetatum dicterio accepimus ex Brevio ad An. 1424. n. 16. Papa Martino Signore de Piombino, Conte di Urbino, non vale un lupino, ha! ha! ha! Braccio nostro padre valente, rompe ogni gente ha! ha! ha! id quod sequenti lemmate germanico exprimere gestit Zieglerus im Schau-Platz der Zeit/ p. m. 163. b. Pabst Merten ist keinen Creis her wehrt! Subit mentem meam faceti huius

judicii tenor, ubi in ingeniosos ingenii foetus ingenii dirigo aciem. Certè varia in publicum evolant scripta, quæ æterna potius nocte, quam momentanea luce digna sunt, digna inquam, quibus commodum applices lemma: *Non valent obulum!* Alia thesauros quidem eruditionis, sed socias infimul scorias complectuntur, non nisi attentam subactumve exposcentia Lectorem. Posteriori classi accenseri merentur admiranda profundæ sapientiæ monumenta, quibus sempiternam sui memoriam feram ad posteritatem transmittit famigeratissimus IOH. CLERICUS. Obiit is munia Professoris Philosophiæ & Ebrææ Lingvæ in Remonstrantium, quod Amstelodami viget, seminario. Socinianarum tamen hypothesium amore flagrare diu cordatis rerum æstimatoribus visus est, adeò ut Joh. van der Waeyen in *Dissert. de λόγῳ*, præmissa Stephani Rittangelii *Libra veritatis*, p. 17. ingenuè ingeminare haud vereatur: *Socini confutationem cum pollicentem viderens* (Clericum) *impensè miratus sum*, licet Noster hanc à se suspicionem amoliri velis contendat remisque, his usus verbi in *Bibliotheq. choisie Tom. III. p. 395: je déclare d'abord, que je ne suis point des sentimens particuliers des Sociniens, & principalement sur la divinité, & sur le sacrifice de Jesus Christ, qui sont les deux grands points, que l'on censure dans leur Theologie. je n'ai jamais soutenu leurs opinions, ni ne les ai favorisées.* Enim verò vartorum portentorum doctissimum Clericum existere parentem, nemo non animadvertit, cum jamdiu quampluribus tussim noverit atque gravi denem. Lucem aspexerunt an. 1676. *Nostri Epistola Theologica*, quibus fictum præfixerat nomen *Liberii de S. Amore*. vid. *Placcii Theatr. Pseudonymorum num. 1574. p. m. 418. sq.* sed justam incurrunt censuram Dn. Ernesti